et obviam venit ei turba: quia
audierunt eum fecisse hoc signum.
Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos.
Videtis: quia nichil proficimus:
Ecce mundus totus: post illum abiit.
Erant autem gentiles quidam
ex eis qui ascenderant: ut ado
rarent in die festo. Hii ergo acces
serunt ad phylippum qui erat a
bethsaida galilee: et rogabant
eum dicentes. Domine: volumus ihesum
videre. Venit philippus et dicit
andree. Andreas rursum et phi
lippus: dixerunt ihesu. Ihesus autem
respondit eis dicens. Venit
hora: ut clarificetur filius homi
nis. Amen amen dico vobis: nisi
granum frumenti cadens in terram
mortuum fuerit: ipsum solum ma
net. Si autem mortuum fuerit:
multum fructum affert. Qui amat
animam suam: perdet eam. Et
qui odit animam suam in hoc mun
do: in vitam eternam custodit
eam. Si quis mihi
ministrat: me sequatur. Et ubi

sum ego: illic et minister meus erit.
Si quis mihi ministraverit: hono
rificabit eum pater meus qui est in
celis. Nunc anima mea turbata
est. Et quid dicam: Pater salvifica
me ex hac hora. Sed propterea veni
in hanc horam. Pater clarifica tu
um nomen. Venit ergo vox de celo:
et clarificavi. et iterum clarifica
bo. Turba ergo que stabat et
audiebat: dicebat tonitruum
factum esse. Alii dicebant: angelus
ei locutus est. Respondit ihesus:
et dixit. Non propter me vox hec
venit: sed propter vos. Nunc iu
dicium est mundi: nunc princeps
huius mundi eicietur foras. Et
ego si exaltatus fuero a terra:
omnia traham ad meipsum. Hoc
autem dicebat: significans qua mor
te esset moriturus. Respondit
ei turba. Nos audivimus ex
lege: quia xpc manet in eternum.
Et quomodo tu dicis. ope[...]al
tari filium hominis: [...]
iste filius hominis: Dixit ergo eis ihesus